

SPECIMEN DIVISIONIS SYSTEMATICAE
BROMELIACEARUM

PER INFLORESCENTIAS.

Proposuit J. G. BEER, Vindobonensis.

~~~~~  
*Bromeliaceae* in tres dividuntur tribus:

Tribus I. *Bromelia* WILLD.

» II. *Ananassa* LINDL.

» III. *Tillandsia* LINN.

TRIBUS I.

Typus: *Bromelia*.

Inflorescentia tota e gemma terminali axis principis provenit.

Duas continet subtribus:

SUBTRIBUS I.

Folia gemmae terminalis intima, una cum inflorescentiae axi erecta, illi imposita sunt. *Multiflorae*.

Typus: *Bromelia*.

In VIII cadit cohortes.

*Cohors I.*

Inflorescentia rigide erecta. Folia fert serrata aculeata.

Typus: *Bromelia longifolia* RUDGE.

*Cohors II.*

Inflorescentia laxa, flexilis; folia fert inermia acuminata.

Typus: *Tillandsia stricta* SOLAND.

Hanc aliasque huc pertinentes species a genere *Tillandsia* separare et in novum genus nomine *Anoplophytum* (ἀνοπλον φυτόν) colligere mihi liceat.

*Cohors III.*

Inflorescentia per bracteas adpressas, rigide erectas, inermes, clavata. Foliatio ut in genere *Mais*.

Typus: *Puya Altensteinii* HORT.

*Cohors IV.*

Inflorescentia erecta. Pedunculus flexilis. Corolla ringens. Calyx acute triangularis, pyramidalis.

Typus: *Pitcairnia ringens* HORT.

*Cohors V.*

Inflorescentia divaricata, erecta. Axis tenuis, rigida. Petalorum apex spiraliter revolutus. Calyx triangularis, pyramidalis.

Typus: *Pitcairnia staminea* LOMB.

Hancee una cum proxime affinibus speciebus a genere *Pitcairnia* ad novum genus *Cochliopetalum* (κοχλιὸς πέταλον) componendum, separare mihi concessi.

*Cohors VI.*

Caulis erectus, elongatus, foliis perspicue remotis aequidistantibus obsessus. — Folia inciso-serrata, aculeata (sp. Nr. 3436. *Bras. Inhumas* POHL ex herb. Musei Vindebon.).

Ex hac specie, quae sextae cohortis typum refert, genus nomine *Orthophytum* (ὀρθὸς φυτόν) creare mihi visum est.

*Cohors VII.*

Pedunculus longus, tenuis, aequaliter teres, pluribus foliis coronatus, e mediis quibus inflorescentia perpendiculari modo adscendit. Folia bracteaeque aculeata, serrata. Sepala sub-aculeata.

Typus: *Hohenbergia strobilacea* MART.

*Cohors VIII.*

Inflorescentia sessilis, foliis brevior, a vertice inter folia, quae media sunt, perspicui potest.

Typus: *Caraguata lingulata* LINDL.

## SUBTRIBUS II.

Inflorescentia tota non nisi bracteis obsessa. *Multiflorae*.

Typus: *Billbergia*.

In VIII dividitur partes.

*Cohors I.*

Inflorescentia rigide erecta, bracteis mollibus obsessa. Caulis abbreviatus, totus foliis involutus.

Typus: *Billbergia thyrsoides* MART.

*Cohors II.*

Inflorescentia rigide erecta. Bracteae et sepala aculeata, illae praeterea serratae. Caulis abbreviatus, totus foliis involutus.

Typus: *Billbergia rhodo-cyanea* LEM.

Hanc speciem a genere *Billbergia* ad novum genus *Hoplophytum* (ὄπλον, φύτον) constituendum separavi.

*Cohors III.*

Inflorescentia pedunculusque flexiles, impendentes, mollibus bracteis obsessi. Caulis abbreviatus, totus foliis involutus.

Typus: *Billbergia zebrina* LINDL.

Hacc planta, cum speciebus proxime affinibus, novum conficere genus mihi videtur, cui nomen addidi *Cremobotrys* (κρεμῶ βότρυς).

*Cohors IV.*

Inflorescentia impendens. Bracteae rigidae, serratae et aculeatae. Calyx contortus, aculeatus. Caulis abbreviatus, totus foliis involutus. (sp. *Amazonas*, *Ega*, POEPP. ex herb. Musei Vindob.)

Ex hac specie, quae quartae cohortis typum refert, genus novum creavi nomine *Streptocalyx* (στρέφω κάλυξ).

*Cohors V.*

Inflorescentia disticha, ensiformis, compressa, bracteae rigide erectae. Caulis abbreviatus, totus foliis involutus.

Typus: *Vriesia splendens* LINDL.

*Cohors VI.*

Inflorescentia flexilis divaricata. Pedicelli geniculati. Bacca ovata sphaerica, carnosae, plerumque pulchre colorata. Caulis abbreviatus, totus foliis involutus.

Typus: *Aechmea fulgens* MELIN.

*Cohors VII.*

Inflorescentia per bracteas adpressas, erectas, inermes, clavata. Caulis abbreviatus, totus foliis involutus.

Typus: *Guzmania tricolor* R. P.

*Cohors VIII.*

Spicata, inflorescentia cylindrica. Flores conferti; lana densa circumdati. Caulis abbreviatus, totus foliis involutus.

Typus: *Macrochordium tinctorium* DE VRIESE.

## TRIBUS II.

Typus: *Ananassa*.

Gemma terminalis elongata in cormum foliosum sese evolvit; pars inferior gemmis floralibus lateralibus confertis est obsessa. Bracteae cum floribus in sorosam carnosam concrescunt. *Multiflorae*.

*Ananassa sativa* LINDL. (forma.)

## TRIBUS III.

Typus: *Tillandsia*.

Gemma terminalis numquam flores, sed folia producit. Inflorescentia axillaris.

In quatuor subtribus cedit.

## SUBTRIBUS I.

Inflorescentia uniflora. Caulis ramique laxi, penduli. Gemma terminalis tarde evolvitur. Inflorescentia ex axilla folii vaginati provenit.

Typus: *Tillandsia usneoides* LINN.

## SUBTRIBUS II.

Inflorescentia conferta 1-5 flora, saepe in uno eodemque individuo. Caulis ramique erecti.

*Tillandsia recurvata* LINN.

Hae species a *Tillandsiis* separandae, et in novum genus nomine *Diaphoranthema* (διαφορά ανθος) conjungendae esse mihi sunt visae.

## SUBTRIBUS III.

Inflorescentia laxe spicata, rigide erecta, multiflora. Corolla triangularis.

Typus: *Dyckia rariflora* SCHULT. fil.

## SUBTRIBUS IV.

Inflorescentiae complures, patentes, axillares, breves, teretes, floribus confertis.

Typus: *Disteganthus basi-lateralis* LEMAIRE.

Num cohors V Subtribus II (*Vriesia*) Subtribui I hujus Tribus I computanda sit, posteriores doceant disquisitiones.

(Comm. W. F. R. SURINGAR,  
Phil. Nat. Cand.)